



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011860X

§. 84. Examen alicujus dubii circa secundum doctrinæ caput.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

tensem conveniret, atque cum eo de-
super conferens illi proponeret, quod
additiones, vel correctiones, quas ad-
hibendas censeret, abs dubio inferendæ
forent: igitur ambo hi Præsules diu-
turna deliberatione præmissa consensere,
ut decreto hæc adderentur verba: *ut-
cumque juxta varias Sanctorum Patrum,
& Doctorum interpretationes intelligatur*:
allatum id fuit vespere eodem die ad
novum Generalem conventum, ubi ta-
men non concorditer comprobatum
fuit; nihilominus Legati, ut quæstioni
finem imponerent, hæc verba decreto
inferi consentiebant.

Sæcul XVI.
A. C. 1562.

§. LXXXIV.

*Examen alicujus dubii circa secundum
doctrinæ caput.*

Movebatur insuper quædam difficul-
tas circa secundum dogmatis ca-
put, in quo agitur de Ecclesiæ aucto-
ritate in Sacramenta; hujus enim capi-
tis pars prima his erat concepta verbis:
„tametsi Sacramenta instituta fuerint a
„Christo eorum auctore, tamen mo-
„dus utendi illis Ecclesiæ reservatur,
„quæ in Sacramentis administrandis
„consilio, ac ratione agens ipsorum ri-
„tum variat, sicuti sibi rectum videtur:
„ostenditur hoc a Baptismi Sacramento,
„toties in suo ritu variati; nam cum

Pallav. c. II.
num. 8.

Sæc. XVI. „is aliquo tempore per tres immerfio-
 A.C. 1562. „nes celebraretur, unicam etiam ad-
 „mifit: fimiliter immerfio, verfio, &
 „effufio fuum ritum mutarunt.,, Con-
 tendebat tamen Aliphanus Antiftes,
 quod Baptifmi ritus nunquam fuerit
 immutatus: verum fuam proppofitionem
 comprobare haud poterat.

§. LXXXV.

*Duorum Papalium Theologorum du-
 bia circa decreta mox pro-
 mulganda*

Pallav. n. 9. Comppofita difceptatione circa fepti-
 Capitis Sancti Joannis interpreta-
 tionem Legati fperabant, omnem deni-
 que litem diremptum iri, nullumque
 amplius obicem biduo poft celebrandæ
 Seflioni obftitutum, dummodo claufu-
 lam nuper relatam decreto inferri per-
 mitterent: at die decima quarta Julii
 vefpere ante folis occafum Alphofus
 Salmeron Jefuita, & Francifcus Tor-
 res, ambo Theologi ad Synodum a
 Papa miffi, a Cæfareis, qui Seflionem,
 aut impedire, aut faltem inutilem red-
 dere nitebantur, ad id, ut fertur, im-
 pulfi Hofium Legatum adibant expo-
 nentes, quod diflimulare non poffint,
 quin proponerent, videri fibi in decre-
 tis proxime promulgandis quædam tanto
 Con-